

13

IN
NOMINALEM
VIRI

*Admodum Reverendi, Clarissimi atq;
Excellentissimi*

**DN. JOHANNIS
MICRÆLII,**

Philosophiæ & SS. Theologiæ
Doctoris & Professoris famigeratissimi, Illustris
Pædagogii Rectoris meritissimi, Præce-
ptoris ac Fautoris patris loco de-
venerandi,

Feriis Johannis Baptista celebratum.

Hæc

*debita observantia & pietate humiliter
& devotè offert*

JOHANNES PHILIPPUS Lange/
Stet. Pom.

ANNO CL XC LII.

STETINI

Typis Georgii Göttschii, Pædagogii Regii Typographi.



Ane erat & rosea referabat lampade
 cœlum.
Purpureis Matuta intrascroceisq;
 quadrigis;
Divæ ubi conveniunt qveis sancti
 culmina montis
Sunt curæ: Phœbusq; pater cum Pallade divas
 Hortatur; mihi vos dicens dilecta novena
Numina, qvæ colitis Dircæi fluminis oras,
 Fundite Pieriis vocalem fontibus undam;
Tu qvoq; præsertim, Jovis ô clarissima proles
 Uranie, nomen cœlo qvæ ducis ab alto,
 Et tibi, cura poli, sacram, Tithonia conjux
 Dum nostris oris reverendi lumine lucem.
Micræli advexit. Cœli dicatus amicus
 Discordi est. Vestroq; refer jam digna, Patrono
Carmina & audaci cantu modulamina funde.
Dixerat ore gravi, subito de flumine montis
Manant Castaliæ rivi majoribus undæ,
 Pieridumq; adytum, Parnasseiæq; recessus

In folio

Insolitum resonant, tandem felicius omen.
Concipiunt, bisidæq; sonant oracula rupes,
Non alium, nisi te poscunt sibi Numinia docta
Esse Deum, gaudet tanto te Præside Phœbus
Sic Superis, Vir Magne, places, & numina nobis
Blanda facis, vernæ & moderaris vota juventæ
Legibus, effrenesq; animos compescis habenis;
Et veluti montes demulxit Thracius Orpheus
Saxa moves fidibus blandis agitata per artem;
Nos rapis ad fontes laudum. Tu cornua Lernæ
Maximus Alcides subigis, verbiq; salutis
Interpres, Stygiis animas arcessis ab undis:
Nec te Cerbereum monstrum quod fauce tri-
formi
Infernæsq; ululat rabie stimulante per umbras.
Nulla soror flammis, nulla asurgentib; Hydris
Terrebit, ceditq; tibi Tirynthius heros.
Ter tria Gnosiacum pingunt tibi numina fertū.
Quā dignum te laude feram, Vir Clare, qvid
optem?

Dum te Graja tenet, Latiūq; & splendida valde
Memphis, & Eoi surgens Aurora Magistri,
Brachmanidæq; colunt, tua scripta patent quo-
que Thulæ,
Igni-

Ignibus Hesperiis, septemq; trionibus ipsaq;
Afficit & cumulat; amplis & honoribus auget;
Te Dido Codana Deum qvæ sedelocata.

Qvî te digna canam & qvamvis mihi præbeat
haustus
Largos fons laudis; qvamvis facundia leges
Præscribat, fandi qvi opibus sublimis abundas.
Netenuē contemne lyram. Permittit Olymp⁹
Nubila, & Oceanus gaudetq; minoribus undis.
Salve lux sacrata tibi non aurea dona.
Litantur, redundunt humiles nec thura Penates.
Farra damus, pauperq; tuis donaria libo
Intemerata focis, vili placantur in hædo
Divi; Sic, Vir Magne, meum qvoq; suscipe
carmen.

Exile, ac avibus lætis hæc consule posco.
Summe Camænarum genitor jam vivito felix:
Euboici numerum qvater exple pulveris auctus
Annis, Nestoream precor & superato sene etiam.

